



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Iesus Christus vti in monte Oliueti suis electis apparuit, benedixit ac  
valedixit, cœlosq[ue] ipsis cernentibus conscendit. Glorif. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

*Iesus Christus vti ascensurus in celum, discipulis apparuit, cum eis comederit, eosque docuerit, ac in vniuersum predicaturos miserit.*

## GLORIFICATIO VIII.

**A** Ve fauus mellissimus, cibus, refectio, atque delectatio omnium beatorum spirituum Iesu Christe rex altissime. Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quo à resurrectione tua die quadagesimo visione beatifica discipulos lætificasti, cum in monte Sion congregatis, iam ad Patrem ascensurus, apparuisti, atque cum eis dulciter & familiariter conuiuans, in crudelitatem & duritiam cordis eorum exprobrasti, dulci etiam, alloquio ipsos confortans & in vniuersum Orbem eos mittens, officium prædicandi in iunxisti eisdem.

*Pro sui, omniumque rerum contempione, propriæque imperfectionis cognitione, Precatio.*

**O** Dulcissime & amantissime Iesu Christe, per illud ineffabile gaudium rogo te, da mihi misero peccatori omnia terrena desideria calcare, & funditus in me per gratiam tuam extirpare, me ipsum & vniuersum mundum pro tui amore contemnere, vt te ducente & miserante, ad perfectionem quandoque perfectæ & intensissimæ charitatis merear peruenire. Illumina etiam me perfectæ ad veram cognitionem propriæ vilitatis, impossibilitatis & nihilitatis. Fac me propriam cordis mei duritiam, ingratitude, peruersitatem, negligentiam & infinitas defectiones meas continuè dolendo pensare, & cum interna inreparatione & contritione semper emendationem proponere, & propositum renouare, vt semper in profunda & perfecta, tibi gratissima humilitate persistam, indeficienti & insatiabili studio tibi placere satagam, & tamen propriæ infirmitatis conscius, de propria virtute penitus desperans, in sola, tua miseratione contentem, Amen.

*Iesus Christus vti in monte Oliueti sui electis apparuit, benedixit ac valedixit, eosque ad sus carnentibus, conscendit.*

## GLORIFICATIO IX.

**A** Verex gloriæ, Domine virtutum, omnipotens triumphator Iesu Christe Adoro, benedico & laudo te pro illo ineffabili gaudio, quo discipulis de Hierusalem in montem Oliueti ex tuo imperio egressis, apparuisti, & iam cum illa sanctissima electorum tuorum comitiua ad Patrem ascensurus, matris tibi dilectissimæ, mundi dominæ & Cœli reginæ, atque sanctissimis illis Ecclesiæ tuæ principibus Apostolis vltima benedictione valedicens, in oculis omnium affectuosissime intuentiam, propria virtute es eleuatus & currētibus tibi cum cœli ciuibus, totis cum laudis iubilo prosequētibz, super omnes Cœlos ascendens, ad consessum Patris dextræ es collocatus, & totam cœlestem Hierusalem noua lætitia & festiuitate lætificasti.

*Pro animæ viuam, sensuumque, ac spiritus reformatione & inuersione in Deum, Precatio.*

**I**esu amabilissime & dulcissime, da mihi per gratiam tuam ingiter implere, quod per propriam infirmitatem non valeo cogitare, vt scilicet totum me, animam, spiritum, vires, sensus & omnes passiones meas post te trahas, vt omnia quæ mundi sunt oblitus, totus tibi in hæream, ardentissimis desideriis te inquire, inde seisis suspirijs post te alacriter curram, nulli vnquam placere appetam, quam tibi